



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



Anguier del. et Sc. M.



<3662545718001

<3662545718001

Bayer. Staatsbibliothek

A. gr. b. 676

~~475~~ Epitaph

A. G. B.

E.
5.17
20.

<366273944900

<366273944900

Bayer. Staatsbibliothek

Ant. Gr. Vet. 170. p. 630.

SIMPLICII COMMENTARIUS

In
ENCHIRIDION EPICTETI,
Ex Libris veteribus emendatus.

Cum Versione

HIERONYMI WOLFI

ET

C. L. S. A. L. M. A. S. I. I

ANIMADVERSIONIBUS,

ET NOTIS

Quibus Philosophia STOICA passim explicatur
& illustratur.

Quæ accesserunt, sequens pagina indicabit.



LUGDUNI BATAVORUM,

Typis IOHANNIS MAIR

MDCCCXL.



Præfatio DANIELIS HEINSII ad THEODORUM
GRASWINCKELIUM.

Cebetis Tabula, Græce, Latine, Arabice: eiusdemque Delineatio
æri incisa.

Aurea Carmina Pythagoræ cum paraphrasi Arabica quam re-
censuit & in latinum convertit IOHANNES ELICH-
MANNUS, M. D.

Præfatio CL. SALMASII in Cebetis Tabulam Arabicam,
& Pythagoræ Carmina aurea Arabice versa.

Accessit Index in Simplicium copiosissimus.

DOMIC



portam
iciliam su
propera a
nam nihil
contingere
in primo
tunc ad
adducit
ad Maer
lucina d
propria
quomo p
propria
ample
scribit
flos o
formid



CL. SALMASIUS
PHILOSOPHIÆ STOICÆ
STUDIOSIS.

Paucos esse quos alloquor, immo paucissimos, potius unum quam duo, verius nullum, certa est fides. Ne ipse quidem qui loquor & hac scribo, talem me ausim, nec fortasse possim, præstare, si studiosus intelligatur qualem ego volo. Nolo quippe sic dici qui cum voluptate scripta Stoicorū legit, non si vel cum cura etiam se legisse dicat. Ut diligens & assiduus sacrarū concionum auditor non propterea ad vim nomenque concionatoris aspiret, ita nec indefessus lector Stoicorum præceptorum, quem possis dicere inquilinum librorum quibus ea traduntur, pro studioso habendus sapientiæ Stoicæ, si non aliud afferat aut promittat quam studium ac diligentiam lectionis. Si hanc sapientiam quæ tota humana est cum divina conferamus, certe ut factoribus legis, non auditoribus, salus verbo Dei permittitur, ita mentis sanitatem ac libertatem non lectoribus suis quamlibet pertinacissimis, si nihil plus quàm lectores sint, hæc secta pollicetur. Si quis vero præ se ferat ac predicet, cum ingenti voluptate doctrinā eorum sese nocturna diurnaque manu versavisse, eo ipso ostendit, nunquam cum fructu à se esse contrectatam. Cum dolore atq; animi morsu potius quam cum voluptatis sensu tractari vult disciplina Stoicæ. Proficere quippe in ea volēti finis lectionis is esse debet, non ut titilletur, sed ut emendetur. Cui autem sic blanditur, & arridet emendatio sui, ut cum voluptate possit illam excipere & agnoscere, certus sis non inter proficientes hunc esse numerandum. Hæc locus sit inter illos qui summam in ea sapientia iam assequuti sunt. Quid enim gratius aut optabilius homini nato & virtutis cupido esse queat, quam bonis moribus cum bo-

nis præceptis certare? quam exemplum esse vitæ inculpatæ?
 quam denique imaginem sui videre expressam in iis libris qui
 perfecti sapientis exemplar insipientibus proponunt? Hodie
 aliquem reperiri tam perfectum, non illius est credere qui nove-
 rit ne olim quidē talem repertum, cum secta in primis serveret,
 ipsorum etiam confessione sectatorum, immo vel sectæ ipsius con-
 ditorum. Si tum non extitit ullus consummatæ adeo sapientie
 sophus, cū tot numero tamen eam profiterentur, multo minus hoc
 sæculo inveniatur, ubi ea tota ex libris adeo paucis haurienda
 est, haud secus ac lingua aliqua mortua, ut vocant, quæ fuit
 olim, nunc non est. Et quomodo Stoicam hodie affectaremur,
 rigidam illam & austeram, vitiorumq; asperissimam hostem, for-
 tūne æque bonæ ac malæ contemptricem, qui blandiores asper-
 namur, quæ siccam & solam virtutem non admittunt ad beate
 vivendū? Bona externa si cum virtute nobis offerrentur, ut sua-
 debat alia sophorum familia, nos constanter illa repudiaremus
 cum tali comite. Longe igitur absumus ab eorum sententia
 recipienda, quæ virtutem meram & aridam, quasi vitæ beatæ
 conciliatricem & effectricem unicam, sine bonis nobis commen-
 daret. Quis itaque possit cum voluptate talium scripta evol-
 vere, quæ tam dissimiles nos arguunt illis quos bonos sibi fin-
 gunt auctores eorum scriptorum? præterea vitæ & moribus tam
 alienos à doctrina quam præcipiunt ac docent? Nemo speculum
libens contemplatur in quo se deformiorem credit representari.
 Quid si eiusmodi speculum esset, quod monstruosam insuper nobis
 nostram referret imaginem, ut & fiunt? Multo magis averfare-
 mur, nos aspectare tales quales non esse ipsi nobis effemus con-
 scii. At quis nostrum se censet esse vitiosum, nisi quando se in-
 spicit, tanquā in speculo, in libro alicuius Stoici, qui nostram no-
 bis formam mire depravatā & perversam exhibet, id est, similitē,
 pravitate morum, vitæ turpitudine, & actionibus omnibus
 præposteris? Nec tamen libris Stoicorum assimilanda illa spe-
 cula, in quibus ad verum expressa & ad vivum reddita non

compareret nostri vultus similitudo, sed deformata vel defectu, ut in globosis; vel auctu, ut in cavis. Non dissimiles, sed similes nos nobis ostendunt inspecta Stoicorum volumina. Et cum pravitatem nostrā in iis intuemur, quam inesse nobis non putabamus, tum inhorrescere potius debemus, quam voluptatem aliquam ex ea contemplatione capere. Qui alium se quam revera est in aliquo extumido vel concavo speculo conspexit, potest in plano postea suam sibi similem intueri imaginem, quia non formæ vitio, sed speculi, tam informem se prius viderat. Non licet autem nobis, ubi nos vitiis deformes ac distortos in scriptis Stoicorum fuerimus contemplati, ad aliorum philosophorum libros transire, velut speculis mutatis, qui honestiorem, tanquam faciem, vitam nostram, quasi veriori imagine magis adspectabilem, representent. Vbiq; turpes apparemus, quia sumus, sed certè turpiores in Stoicis speculis videmur. Hæc sane veriora sunt, quia nos exhibent sine fūco quales sumus. Illa blandiora, quæ quamvis non mentiantur ex toto, nec nostram nobis celent aut dissimulent, ut oris, ita morum fæditatem, saltem eā leviolem ostentant. Vt ut sit, nemo, quamvis turpis formæ sibi conscius sit, eam sibi opprobriari à quoquam gratatur. Tacita eius exprobratio fit à muto speculo, quod eam reddit qualem accepit. Ideo qui se parum forma commendabiles esse sciunt, inviti specula invisiunt. Fuere & quidam olim viri, alioquin egregii prudentia & factis, qui neque se fingi unquam neque pingi voverunt, quia formæ suæ diffidebāt. Hinc est quod puellæ quæ formosulas se opinantur esse, sæpe speculū suum consulant, ut in eo pæne habitēt, adeo imaginis suæ adpectu omnes se allici fatētur si bona sit. Si quæ facie deteriores, ab ea inspicienda abhorrēt. Quanto autem animi deformitas odiosa cuiq; magis & invisa esse debet quā corporis, tanto proclivius eā exprobrari nobis ægre ferimus, & indignamur, sive muta res sit, ut libri, quæ nos eo nomine redarguat; sive loquax, ut homines. Qui luscum se esse non ignorat, quod omnes etiam videant, non tamen patitur sibi dici,

luscus, & si iniuriam ullo modo vindicare potest, convitiū saltem
 rependit, si pugno remunerare non queat. Sane nec qui luscus
 est, libenter se luscum in speculo considerat. Multo minus ergo
 qui ebriosus increpatur quamvis sit, qui ambitiosus, qui vanus
 ab alio audit, qui avarus, qui prodigus appellatur, licet
 negare non possit quin verum sit, pro convitiis tamen & in
 contumeliam hæc in se dicta accipit, & ultorem se, si qua dabitur
 occasio, promittit. Quid de eo censemus, qui tam iniquo animo
 patitur se ob sua vitia redargui ab illo qui & eloqui potest: an
 à muto exprobratore an maiori patientia latūrum eum esse pu-
 tabimus illa sibi quasi in faciem ingeri, atque in oculos impingi
 velut è speculo? Hic scriptor Stoicus est qui lectori suo osten-
 dit, quam stultus sit, quam vanus, quam rerum ignarus, & om-
 nium vitæ officiorum imperitus. Quam sui & aliorum qui-
 bus-cum vivit, nesciens: quam parum intelligens quid debeat
 patriæ, quid sibi, quid homini omni: quam introrsum turpis vi-
 vat, sola pelle exteriori decorus. Qui se non agnoscit in Stoi-
 cis scriptis, qui tam sædam sui imaginem ab illo speculo sibi re-
 ferri non potest non dolere, an cum voluptate propudiosum pro-
 brosumq; se sibi obiectari illū arbitrabimur? Cum horrore potius,
 talem se designari, & suis oculis subiici, sentiet. Et perseverabit
 quidē sic se intueri, si cum fructu, & profectu, eam inspectionem
 volet usurpare. Sin præ tædio sui & odio quod tā monstruosum
 se conspexerit, statim abhorreat ab illa speculi contemplatione.
 & statim longius absistat, non rediturus posthac ad tale specta-
 culum, scias nolle emendari qui sic refugit. Is ita enim de se
 sentit, ut homo distorti vultus, quem desperat posse fieri melio-
 rem, quamvis totos dies speculo assideret, ideoque abstinet, &
qualem se natum nallet, talem se adspicere non sustinet. Non
 idem est tamen de animi deformitate quod de faciei aut formæ
 vitio. Emendari illa potest ac sanari, & si non in totum tolli,
 saltem mitigari ac levior fieri, si culturæ animum patientem
 accommodet. Profecto recipit etiam emendationem aliquan-

tam forma corporis si cura adhibeatur. Quanto ergo magis animi? Quae speculū suum saepe consultat mulier deformis, nec primo statim adspectu imaginis suae terretur, potest multa in cute sua corrigere si crebrius sese coram illo exornet. Quaedam vitia occultare sataget, alia componet, nonnulla minuere conabitur, etiā aliqua ex toto tollet, naves, verrucas, lenticulas. Etiam remedia sunt quibus fuscae cuti candor concilietur. Sic tandē minus deformis evadet, etsi formosa omni ex parte existere nō valeat.

Ad disciplinam morum libris Stoicorū sic tanquam speculis uti licet.

Si prima inspectione non absterrear, si quamvis prodigiose faciam in iis vitae meae formam explorare assiduo spectaculo non perhorrescam, minime cum voluptate quidem me videbo qualem me mihi speculum ostendet, sed tamen enitar paulatim ea detrahare quae me turpem reddunt. Non evadam fortasse inde perfecte mente pulcher, & omnibus sapientiae numeris consummatus, qualem nec unquam olim repertum ullum, eiusdem sapientiae professores fatentur. Sed ero unus de proficientibus, hoc est, de minus deformibus. Quis enim ad eam unquam summam pervenit, ut ne digitum quidem citra rationem moverit? Ni tibi concessit ratio, inquiunt Stoici, digitum exere, peccas. Cum haec audio aut lego, non audeo me Stoicæ doctrinae ullo meo iure studiosum profiteri vel iactare, cum tot motibus incompósitos vel totius corporis, & contra legem normamque peccantibus, obnoxius sim. Quid de animi pravis perturbationibus, & affectionibus dicam, quae sunt totidem eius motus à ratione declinantes? An possim, cum eos in mea potestate non habeam, & velim tamen iis imperare si possem quibus strenue servio, cum laticia ac lubentia accipere ex dictatis Stoicorum, peccare illum, & insipientum numero esse adgregandum, qui digitum moverit, nisi eum motum ratio suadeat? At si oppedere velim talis sapientiae magistris, digitumque iis ostendere medium, ut mihi libebit, movendum, quid dicant doceantve, non curabo, dum teneam illa & illa eos di-

stare

Prs.

stare ac docere quæ parum ad me pertineant, nisi ad hoc tantum, ut sciam fuisse homines tam stultos, qui tantam austeritatem suis sectatoribus proposuerint, ipsique sectati sint. Sic illos igitur adibo, & legam, ut soleo mimos spectare, cum tamen ipse mimus esse nolim. Ita quippe eorum gestus omnes, & dicta omnia, vel miror vel rideo, ut ille qui non est sollicitus de iis imitandis. Oblectationem ex illis capio, quibus alias me fieri similem nulla conditione optarem. Qui vero histrioniam student, cum cura ac sollicitudine, discentium ut pote potius animo quam spectantium, quidquid histriones in scena agunt ac dicunt, observant. Singulos eorum gestus attentius considerantes, intra se etiam exigunt ut exprimere domi laborent: si minus id possint, & si non tam bene reddant, aestuant & anguntur. Notum est, quanto cum studio Nero, dum scenicam artem affectaret, & quam anxie ac trepide, legibus artis paruerit. In certando, inquit vitæ eius scriptor, ita legi obediebat, ut nunquam excreare ausus, sudorem quoque frontis brachio detergeret, atque etiam in quodam tragico actu, cum elapsum baculum cito resumpsisset, pavidus ac metuens, ne ob delictum certamine submoveretur, non aliter confirmatus est, quam adiurante hypocrita, non animadversum id inter exultationem succlamationesq; vulgi: *Hoc habent omnes artes ac scientiæ, ut, severa legè proficere in earum studio stadiq; cupientibus, priusquam ad metam pervenerint, dum adhuc in curriculo sudant, plus anxietatis offerant quam voluptatis. Vbi quis perfectionis alicuius in iis addiscendis compos extitit, & quæ meta ultima in arte est eam contigit, tum & sine labore deinceps quasi securus illam exercet, voluptatemque percipit quam dare solet fruitio boni percipiti. In sapientia, præcipue Stoica, ubi semper proficitur, nunquam perficitur quod eius studiosus intendit, rara ea voluntas cōtingit, quæ consequi solet in alijs scientijs illos, qui arcana earum penetraverunt, & summam artis sunt assequeuti.*

Securus

*Securus ille. animus, liber, impavidus, sublimis, fortis, res-
sans cupidinibus, qui ex philosophia omni quaeritur, & quem so-
la Stoica promittit, si non potest adquiri etiam omni studio ac
contentione hoc unum curantibus ut habeant, multo minus
dabitur praecepta tam difficilis artis pro ludo iocoque haben-
tibus. Quid aliud est cathartica, & amaram potionem vel-
le sumere loco delicati poculi inter alias ciborum cupedias tan-
tum usurpandi? Quod remedium debet esse, ne sit oblectamen-
tum. Qui quaerit se delectare potius quam se sanare, histori-
cos potius evolvat quā Stoicos. Horum lectio exhilarare illum
non potest, qui saniores ex his contendet se reddere, vel sanabi-
liorem. Scita illorum in pectus demittenda sunt, non me-
moriam tantum commendanda. Quid ad me si teneam omnia
dogmata Stoica, possimque optime ea aliis explicare, si in
operibus quae praecipunt non me exerceam? Hic Rhodus, hic
saltus est. Ut fortior, ut securior hinc evadam, debeo laborare,
ut homini cuilibet ex iisdem mecum elementis constanti placabi-
lior fiam, denique ut fortunæ par, ut tandem victor existam. Quo-
modo autem id potero consequi, ut fortuna superior sim, nisi ita
vixero ut illi praeceptores dixere? nisi fecero quod monue-
runt? Vixere certe & plerique illorum, ut docuere, praecipue E-
pictetus iste noster, quo maior & magis idoneus auctor eorum
videri debet, quae facienda praecepit. Non verba ille exige-
bat, sed opera. Non ostensionem pompaeque, sed rem ipsam
& effectum. Nullo modo, inquit, te dixeris philosophum,
sed age ut philosophus. Ne dic quomodo comedere oporteat,
sed comede ut decet. Noli theorematum addiscere, quae sta-
tim cruda adhuc evomas, sed diutius ea ruminando conco-
que, donec in spem certi profectus vel argumentum, in suc-
cum demum conversa, perque venas didita, distribuantur. Εἰ καὶ
καὶ τὰ δεύρατα ἔχοντες φέρουσι τοῖς ποιμίαισι ἐπιδείκνυναι πό-
σον ἔσθῃ, ἀλλὰ ἢ νομίζω ἴσω πίναντα ἔλα ἔξω φέρε, καὶ γὰρ
λα. καὶ σὺ τοῖσιν μὴ ταχίως ῥήματα τοῖς ἰδιώταις ἐπιδείκνυναι,
* **

ἀλλ.

P R A E F A T I O.

ἀλλ' ἀπ' αὐτῶν προβήτωι τὰ ἔργα. Siquidem oves non her-
bam pastori deferentes ostendunt quantum comederint;
sed ubi pabulum intra se concoxerunt, lanas extra produ-
cunt & lac. Et tu igitur ne verba ostentes idiotis & imperi-
tis, sed opera ex ipsis rite digestis & concoctis. *Quae facile
ingeruntur, aequae de facili solent egeri. Qui hodie accedunt ad
Stoicæ philosophiæ dogmata ediscenda, eo fine veniunt non ut
res excipiant, sed ut verba. Non enim id agunt, ut aliqua mori-
bus suis inhaerentia vitia deponant, sed ut vitiosam illic scri-
pturam emendent. Non ut se ex angustiis explicent passio-
num quibus impliciti sunt, sed ut intricata loca enodent. Non
ut aliquam vitæ legem accipiant, ad quam semetipsum exi-
gant, sed ut leges ac scita sectæ illius magistrorum se optime
percepisse testentur. Hos egregie coarguit idem Epictetus
cap. LXXII. Enchiridii. Si quis, inquit, intelligentia & ex-
plicandi facultate librorum Chrysippi gloriatur, ipse tibi
dic, Nisi obscure scripsisset Chrysippus, nihil haberet iste
quo gloriaretur. Ego vero quid cognoscere aveo? Natu-
ram, & hanc sequi. Quæro igitur quis sit eius interpretes.
Cum sciero Chrysippum esse, eum convenio. At scripta
eius non intelligo. Quæro igitur enarratorem. Hucusque
nihil magnificum. Ubi autem enarratorem invenero,
reliquum est uti præceptis. Τῆτο, infert, μόνον σιωπῶν ἐστίν. ἂν
δὲ αὐτὸ τῆτο ἐξηγεῖσθαι θαυμάσω, τὶ ἄλλο ἢ γεγραμμένων ἀπα-
τλήσω ἀντὶ φιλοσόφου, πλὴν ὅτι δὲ ἀντὶ Ὁμήρου Χρύσιππος ἐξη-
γῆται. Hoc, inquit, solum præclarum est, nempe uti præ-
ceptis, & effectui ea mancipare. Alioquin si hoc ipsum modo ad-
mirari velim, enarrare præcepta Stoica, non id plus est quàm si
Homerum pro Chrysippo explanarem. Vtrumque grammaticis
non philosophi opus. Sed addit longe magis erubescendum es-
se illi, à quo expetuntur præcepta Chrysippi, quæ posse se enar-
rare profitetur, si facta dictis consentanea non exhibeat. Μαλ-
λον ἐν ᾧ ταν ης εἶπη μοι, ἐπανάγωνθι χρύσιππον, ἐρυθρίῳ, ὅταν μὲν
δωῶ-*

βυώμαι ὁμοία τα' ἔργα καὶ σύμφορα ἐπαδεικνύει τοῖς λόγοις.
*Et vere quidem vir ille divinus dignusque quem spiritu illo
 suo Deus bearet per quem nobis Christus revelatus atque e-
 narratus est. Quid enim aliud volunt? quid à nobis aliud ex-
 igunt? quo alio nos vocant præcepta omnia Dominica & Apo-
 stolica? Ne simus dealbatis sepulcris similes, quod Phariseis Do-
 minus exprobrat, verbis & in speciem modo vitæ sanctitatis præ-
 seferentibus, opere defectis, cum tamē salus promittatur factori-
 bus legis, non auditoribus tantum. Hinc & illa Apostoli ex 11.
 ad Corinthios, xii. Si linguis hominū loquar & Angelorū,
 charitatem autem non habeam, factus sum velut æs so-
 nans, aut cymbalum tinniens. Quid igitur mihi proderit
 si Novum Testamentum cum Vetere diligentissime interpreta-
 ri atque enarrare potuero, si nihil eorum quæ Deus utraque pa-
 gina præcepit, agere tentavero? Si charitatē illam non habeam
 qua post Deum, proximum diligere sicut meipsum iubeor?
 Non ero Christianus nisi Christiane vivam, etiam si omnia Chri-
 sti verba ac mandata ad unguem didicero, & aliis explanave-
 ro. Ut vineta egomet cedam mea, quod Epictetum hunc & Sim-
 plicium eius enarratorem aliquam multis locis aggressus sum
 explicare & emendare, non postulo ex eo ut Stoicæ magis philo-
 sophiæ candidatus habear, quam si de Usuris aut de Trapeziti-
 co fenore scriberem, vel alium quemlibet auctorem expone-
 rem. Id sane semper studui laboraviq; ut non solum à Stoi-
 corum libris, sed etiam à quibuscunq; melior, si possem, exirem
 potius quam doctior. Quid fecerim, aut quantum profecerim
 aliorum esto iudiciū. Malo id ex operibus meis si talia ulla sunt,
 æstimari, quam verbis venditari. Non ausim profecto id de me
 profiteri me hæc ipsa eorum scripta quæ illustrare sum conatus,
 cum voluptate pervolutasse. Cruciavit hoc me sæpe in illis evol-
 vēdis, cum viderē tot me adhuc vitiis scatere, eaq; amare, homi-
 nē meliore Christi disciplina imbutum, quæ homines Christi igna-
 ri, & solo naturali lumine præditi, tantopere aversati sunt,*

non ut contenti eorū odium intra se concepisse, etiā odiosa porro aliis ac invisa reddere efficacissimo sermone tentaverint. Pudebat in schola Christianatum & educatum qui non minus severa suis ad emendationem vitæ mandavit, & in Stoicorum scriptis sic versatum, ut ea vel possit emendare, tironem tamen adhuc in utraque militia deprehendi, necdum posse ea præstare ad quæ suis met ipse viribus fultus adspiravit unus homuncio, Christiane scius, corpore mutilus, conditione servus, & Irus paupertate. Sensi ego nuper ipsa experientia, & ipso facto quantum abessem ab illa fortitudine quam Christus suis discipulis donavit, quam Stoicus suis præcepit, nuntiato obitu carissimi, & maxime venerandi mihi parentis. Qui quamvis eum longevitatis terminum attigerit, qui maximus à Deo huius ævi mortalibus concessus est, Qualia nunc hominum producit corpora tellus, non potui tamen non deiici animo, & sic ea elade affici, ut constantiam in me requirerem, qualem Christus dat, qualem Stoicus mandat. Cum omnia arma advocarem quibus in hoc casu statū mentis tuerer ac retinerē, cum & Stoica ad manum essent, cum ad consolationem multa etiam alia facerent, mors senis grandævi, mors in amplissima dignitate defuncti quod parum est, sed quod maximum, cum probitatis fama tota Gallia celebratissima, eo honore defuncti, nihilominus succubui. In aliis adversis possem fortior esse. In hoc uno ubi agitur erga suos affectus, res tenerrima etiam sapientissimis, ne fortiorem quidem me natum vellem. Nedum factum me opera librorum & ope auctorum ambitiose affectem. Hæc mors fecit, ut istud opus de Stoicorū philosophia interruperim. Sic non solum ipsa arma mihi de manibus excussit, sed etiam fregit. In ipso de anima tractatu defeci, qui absolvetur in secundo volumine quod post meum ex Gallia reditum Deo iuvante excudetur. Ita enim statui Simplicium, & Epictetum Notis perpetuis illustrare, explicare, emendare, ut latius etiam exspatiari insituerim ad singula, ut se dabit occasio de omnibus Stoicæ philosophiæ do-

cretis

cretis disputandi, eaque sigillatim enucleandi. Nec omittentur aliarum familiarum dogmata discutienda prout videbuntur Stoicis aliquam facem allucere ex affinitate sententiarum aut discrepantia. Adiutus sum in ipso Simplicio emendando eodice clarissimi, & celeberrimi Vossij collato cum manu exarato exemplari, mihi commodato per filium eius Isaacum doctissimum & ipsum, scriptisque iam editis celebrem, pluraque ac maiora in dies dantē ac promittentem. Coniecturis præterea nostris, sed non nisi certissimis, locum dedimus, quas tamen & examinandas acutioribus æstimatoribus ac iudicibus exposuimus. Ipsum Epicteti Enchiridion, quod semper nobis in deliciis fuit non ad voluptatē tantum lectionis, nec ut nudæ cognitionis avocamento perfrueremur, sed ut serio morum emendatione, proficeremus, cum scriptis codicibus comparavimus, & viginti aliquot locos in tantulo opere nondum intellectos cæteris interpretibus explicavimus, multosq; alios parū hætenus explicatos elucidavimus. Hac etiā in parte vel ea causa interiungere coacti sumus prohibitiq; quæ affecta erant, immoparata, adiungere, quia iam Animadversionum corpus in eam molem creverat, ut cum textu ipso Simplicii iustum posset volumen conficere. Reliqua pars ad reditum nostrum ē Gallia, si Deus eum dederit & vitam, reservabitur, cui Prolegomena uberiora præfixa pro Manuductione erunt ad philosophiam Stoicam. Quæ in ipso Simplicio ex scriptis codicibus vir doctissimus emendavit, talia sunt, ut optimam ac impendio laudabilem operā in Editione Veneta corrigenda posuisse posset videri si quid de suo in eam correctionem contulisset. Vsus est Nansiano codice ab ipso Nansio cum scripto exemplari collato. Quæcunque ad oram sui libri notaverat Nansius, ea in textum recipienda curavit Clarissimus Heinsius, ubique deleta Nansii manu, & sua reposita. Correctiones & coniecturas omnes Nansii suas fecit bonas malasque quas textui donavit. Aliquando, sed rarius, veras suas inseruit, sed omnes falsissimas & ineptissimas, ut suis locis signifi-

significabimus, ubi indicabimus quid à Nansio sit, quid ab Hein-
 sio. In hoc facinore deprehensus, aliud facinus priori diluendo
 ac delendo excogitavit, & Correctori qui præest emendationi
 operarum, cunctas eas mutationes quæ in textu commissæ sunt,
 attribui voluit, sed ita ambiguïs & perplexis verbis, ut quid vo-
 luerit nescias. Typographus verbis eius lectorem admonuit, Na-
 sium se esse codicem cum Nansiano M. S. collatum, pluri-
 misque in locis emendatum, alibi & auctum, viro erudito
 qui emendationi præest operarum, percurrendum dedisse.
 Unde illum codicem nactus est Typographus? Certe ab Hein-
 sio, qui in Epistola ad Graswinckelium prædicat, se Simplicium
 collatum, locisque haud paucis ex codice antiquo auctiorem cum
 Typographo communicasse. Non dicit à quo collatus fuerit. Ne-
 pe ergo innuit à semetipso. Sub nomine deinde Typographi scri-
 bit illum codicem collatum fuisse cum Nansiano M. S. Ergo si-
 gnificat à se fuisse collatum. At qui falsum est. Nam ab ipso Nan-
 sio collatus ille liber fuit quem Typographo edendum dedit, vel
 communicavit. Ut autem ipse videretur contulisse, omnibus locis
 transversa linea manum Nansii delevit, ac propria infra vel
 supra id quod erat deletum, totidem verba & eadem reposuit.
 Ego qui vidi de eo quod vidi possum testari. Atque etiam nunc
 in manibus habeo, ut possim aliis probare id quod testor verum
 esse. Quid deinde factum illi Nansiano libro? Dicit Typogra-
 phus verbis Heinsii, se illum percurrendum dedisse viro eru-
 dito qui præest emendationi operarum. Ad quem finem i-
 stud? An ut corrigeret ipsum, vel videret quenam ex correctis in
 textum essent admittenda? Hoc supprimitur sed statim ad-
 iicitur, Qui si ab interpretatione Wolfiana nonnullis ab-
 eat in locis, nec mirabitur, sed facile id videbit lector. Sane
 facile id videbit lector, sed mirabitur si scierit virum fama cele-
 bræ alieni laboris gloriam in se totam transmovere esse conatum.
 Quodq; magis mirandum in eo libro, qui sanctissimæ & incorru-
 ptissimæ philosophiæ præcepta traderet. Sic quidam olim sacri-
 legus,

legus, accensa face ex ipso altari Iovem ad lumen suum compila-
vit, inquit ille. Ignoscerem illi si bonas tantum coniecturas
Nansii surripuisset, sed quod etiam malas, hoc vero ferri non po-
test. Ita delusus ille fur fuit, qui cum aureorum plenum saccu-
lum se putasset auferre, aneis calculis refertum domi invenit.
Quam leviter defunctus fuerit isto corrigendi labore, & aliena
sibi supponendi, unica, eaq; pessima, Nansii emendatio ei surre-
pta ab hoc Editore indicabit. Ea habetur pag. CCXCII. Libri
omnes ibi scripti sine varietate habent, ὅταν ἐν συνωσθίς ἐτίποις.
μὴ μέμνησο μοῖον τλῶ δεξιὰ τὸ σῶμα τὸ σὸν ἀνορεξίας ἐν τοῖς ὤδα-
κειμῶνσι. Nansius, ut saepe fit à plerisque eruditis dum libros
conferunt, ut si quid mendosum occurrat cui emendando nullum
sit à libris auxilium, obiter ex coniectura id corrigant, non mul-
tum attendentes an verum sit quia properant, reposuerat ad
marginem pro ἀνορεξίας, ὀρεξίῃ. Et hoc quoque Heinsius arripuit
pro suo, sicq; edendum curavit. Atqui nihil erat proclivius quam
ex ductu editæ lectionis facere, ὅταν ἐν συνωσθίς ἐτίποις, μέμ-
νησο ἢ μόνον τλῶ δεξιὰ τὸ σῶμα τὸ σὸν ὅραν ἀξίας. Ad eam
coniecturā quasi manu ducebant ipsa Epicteti verba quæ Sim-
plicius enarrat, τλῶ δεξιὰ τὸ σῶμα ἀξίας ἢ ὤδακειμῶν
ὁραῖ, ἀλλὰ καὶ ἢ δεξιὰ τὸν ἰσχυρότατον δεῖ φυλαχθῆναι. At vir ille
qui tantum scire in Græcis videri vult quantum alii nesciunt,
debut non ignorare, vix Græcam esse, μὴ μέμνησο ἢ ὀρεξίῃ. Talia
ὁπαύοντες admissa ab erudito viro illo nollem, quæ suis locis ani-
madvertemus sine ullo odio aut livore, sed & sine acerbitate, quæ
solet ex utroque oriri. Nos præterea nacti variantes ex meliore
codice quā fuit ille Nansianus lectiones beneficio optimi & maxi-
mi Viri, & quod maius est, maxime candidi & ingenui, nobisq;
amicissimi, pleraque ommissa ab Heinso addidimus, male corre-
cta ab eodem restituimus, hiulca non pauca in Veneta illa Edi-
tione rectius supplevimus. De quibus omnibus an ita sint, ut
ego dico, lector peritus & candidus multumq; Editori Simpli-
cij parum simplici dissimilis, iudicabit. Leydæ x x i v. Iulij,
c l o I o c x l .

EPIST.

Allud. + symbol.

EPISTOLA
DANIELIS HEINSII,

Ad

THEODORUM GRASWINCKELIUM
DEDICATORIA.

Nobilissimio Amplissimoque viro,

T H E O D O R O

GRASWINCKELIO,

Equiti, Coronæ Suevicæ Consiliario, ac
Advocato, &c.

DANIEL HEINSIUS S. D.



INTER professores sapientiæ, vir Celeberrime, quos ab ætate prima cum ingenti voluptate pariter ac cura legi, Epictetum pōno. Enchiridion inprimis, quod ab Arriano ex oraculis divini viri concinnatum, hic nunc habes. Ad agendam quidem in his terris vitam sic accommodatum, ut revera instrumentum sit quod supra hanc & cætera humana hominem artoMat: extra, imo supra casus omnes ac affectus, vota quoque omnia ac ambitum, rectorem universi animum reponat: totum denique sic sibi vindicet, ut liberali causa manu mittat. Non ut sui iuris atque emancipatus tantum vivat, sed ut in se atque à se, habere possit, quod, excepto Deo, expectare ab alio non potest. Princeps, Rex, Imperator, ac Monarcha sui. Sed & Medicus ac restitutor; si præclaro hoc remedio utatur. Ità efficaci quidem, ut medullam animæ ac sensus intimos pertentet: neq; frustra statim initio Simplicius exclamet, *Εἴ τις ἀπὸ τέτων μὴ πάσῃ τῇ λόγων ἀπὸ μόνων ἀντὶ ἐν ἁδὲ ἀκασηρίων ἀποβωθεῖν*: Quem interpretem, vel inter primos, etiam Aristotelicos, non postremum, cum editione Veneta, ante sæculum & quod excedit, Græce editâ, collatum, locisque haud paucis ex antiquo codice auctiorem, cum Typographo communicassem, Tibi, Præstantissime virorum, inscribendum censui, existimavi. Primo, ut amico, vere incomparabili ac summo: cuius beneficiis ac comitati quantum debeam, vix est ut satis assequar, aut apud alios exponam. Tum ingenii erecti viro, in exemplum patriæ ac sæculi prognato. Accipe ergo, tanquam supellectilem, sed necessariam in domo, nobile hoc vivendi instrumentum: ea lege, non ut aliquid à nobis accepisse credas, sed, ut alia occasione proximâ expectes. qui sic interim gratissimum hunc animum ac voluntatis nostræ indicem testamur, devotumque Tibi, tanquam obsidem, relinquimus ac consecramus.

T Y P O G R A P H V S

AMICO LECTORI

S. D.

CUM in eo essemus, ut *Epicteti Enchiridion*, libellum nunquam satis commendatum; post aliorum nostrasque editiones, publico daremus; autores nobis *Eruditi* fuerunt, ut *Simplicium* interpretem, & quidem *Græce* (cum præsertim paucissima illius, sed & ante annos plurimos sæde excusa, in privatis publicisque *Bibliothecis* extarent exemplaria) hic una daremus. Nacti ergo codicem cum *Nansiano MS.* collatum, plurimisque in locis emendatum, alibi & auctum, viro erudito qui emendationi præest operarum, percurrendum dedimus. Qui si ab interpretatione *Wolffiana* nonnullis abeat in locis, nec mirabitur, & facile id videbit *Lector*.

Λ Ε Ω

ΛΕΩΝΙΔΟΥ

εἰς Εὔπηκτον.

Δ Οὐλῶ Εὔπηκτῳ γινώσκω καὶ σῶμ' ἀνάπηρῳ,
Καὶ πνίλυ Ἰρος, καὶ φίλος ἀθανάτοισ.

Ἔς τὸ Εὔχαιρίδιον Εὔπηκτε.

Μῆτιν Εὔπηκτῳ πῶς ἐγκατέθιο θυμῷ,
Οὔφρα καὶ ἵσταφίνοιο καὶ ἐραίνης κρηναῖς,
Φυχλῷ ὑψικέλδθον ἐλαφρίζων ὑπὸ γαίης.

Εἰς τὸ αὐτό.

Οὔς ἐν Εὔπηκτῳ σοφίῳ πλείστη μύθοισιν.

Μειδᾷς, βιότοιο γαλλυίδων ἐνὶ πάντων.

Καὶ καὶ ναυπλίῳ βιοτήσιν ἵσταφίνοιο
Οὐρεσίῳ ἀψίδα, καὶ ἀστειλῷ φειωπλῷ.

Ὡς ὑπὸ τῇ αὐτῇ,

DANIELIS HEINSII, in Peplo.

Ζῶ πάτερ, ἐκ σίοφῃς πάντες δὲ λόγους πελάσθαι,

κωλαίων δ' ἔπειρον τ' αὐτὰ πηρομένης.

Αὐτὰ δὲ πλεῖστον καὶ ἐλδοθῆναι μοι ὅπως

Ἀμείβας ψυχᾶς αἰ σφαιροφροσύνας.

Ταῖς δ' ἀνάγκαις ἐκτὸς ἀδέλφωτόν τι φύλαξαι,

Οὐδὲν ἀποκλίνων ἐδ' ἀκαζόμενον.

Αἰὲ δ' ἀσμεφῇ καὶ ἀναλγίᾳ σὸν πρὸς Ὀλύμπου

Ἐκ τᾶς τλαμοσύνης ἀνχίν' ἀειδέμενον.

Τῶς καὶ θητᾶσαι πᾶρ Εὐρυσθέῃ λέγοντι

Σὸν λειοντόφονον παῖδα καὶ ὑδρεμάχον.

Ἀλλὰ σῦλαις πᾶσι μοι Ὀλύμπῳ τὰς δ' ἀνοήτους

Ἀσκήσας ταύτας Ἡρακλῆος σοφίαν.

EPICTETI VITA.

EPICETETUS, Stoicæ sectæ philosophus, Hierapolitanus patria fuit (est autem Hierapolis Phrygia urbs, non longe à Laodicea sita) conditione servus, ut in Noctibus Atticis etiam testatur Aulus Gellius. Servivit enim Romæ Epaphrodito cuidam Neronis familiari. Vir sanctissima & integerrima vitæ; alienissimus ab omni fastu & arrogantia: quibus tamen vitijs omnes fere laborarunt philosophi. Tantæ autem fuit apud omnes estimationis & famæ, ut lucernæ eius fictilis tribus drachmarum millibus divendita olim fuisse feratur. Meminit huius & Lucianus, sed cum laude: qui tamen nulli philosophorum satis æquus; ut Satyricus & vitiorum, etiam minorum, castigator. qui & lucernæ Epicteti mentionem facit. Sic enim ille in Dialogo Πρὸς τὸ ἀπαιδὲς ἄνθρωπον, ὃν ὠνόμαζεν Ἐλπίαν, ἰδὲ ἄλλους. id est, Ad ineruditum, & multos cœmentem libros: Et nostra ætate fuit quis, & adhuc superest, opinor, qui Stoici Epicteti fictilem lucernam ter mille drachmis emit. Sperabat enim, opinor, & ille, si noctu ad eam lucernam legeret, continuo & Epicteti sapientiam in somnis se adepturum, similemque se admirandi illius senis fore. Hæc tunc Luciani verba. Summam totius philosophiæ duobus his verbis contineri voluit, Ἀνίστη καὶ ἀπέχε, id est, Sustine & abstine. Domitiano autem imperante, vel offensus eius tyrannide, vel coactus ob Senatusconsultum de pellendis urbe Philosophis, Roma Hierapolim commigravit. Commoratus autem Romæ ad tempora usque Marci Antonini dicitur.

ΣΤΜ-

I

ΣΥΜΠΛΙΚΙΟΥ ΕΞΗΓΗΣΙΣ Εἰς τὸ τοῦ
ΕΠΙΚΤΗΤΟΥ ΕΓΧΕΙΡΙΔΙΟΝ.

SIMPLICII COMMENTARIUS
IN
EPICTETI ENCHIRIDION,

Hieronymo Wolfio interprete.

ΠΡΟΟΪΜΙΟΝ ΣΥΜΠΛΙΚΙΟΥ.

PROOEMIUM SIMPLICII.



ΕΠὶ μὲν ἔβίη
ἔ' Επικτήτης, καὶ
τῷ αὐτῷ πελο-
πῆς, Ἀρριανὸς
ἐγραψεν ὁ τὰς
Επικτήτης Δια-
τελεθὰς ἐν πολυ-

σχοίς σωτάξας βιβλίοις· καὶ αὖ-
ἐκεῖνα μαθεῖν ἐστίν, ὅπου γέγονεν τὸ
βίον ὁ ἀνὴρ. Τὸ δὲ βιβλίον τῷ τοῦ
Επικτήτης ἐγχειρίδιον ὀπισηρα-
μνίον, καὶ τῷ αὐτῷ συντάξεν ὁ Ἀρ-
ριανός, τὰ κατελείποντα καὶ ἀναγκαί-
οντα ἐν φιλοσοφίᾳ καὶ κινήσωντα
τῶν ψυχῶν ὀπισηράμενον ἐκ τῶν Επ-
κτήτης λόγων, ὡς αὐτὸς ἐν τῇ πρὸς
Μασηαλιῶν ὀπισολῇ ἔγραψεν ὁ Ἀρ-
ριανός· ὃ καὶ τὸ σῶμα προσεφώνη-
σεν, ὡς αὐτῷ μὲν φιλάτω, μάλιστα δὲ
τὸ Επικτήτην πελαμακῶπι. Τὰ δὲ αὐτὰ σχεδὸν καὶ ἐπ' αὐτῷ τῶν ὀνομάτων ποιεῖται
ἐν τοῖς Ἀρριανῶν πρὸς τὸν Επικτήτης Διατελεθῶν γραφομένοις διέσκεπται.



ARRIANUS vitam
& obitū Epicteti
prolixis libris est
persecutus. Vnde
cognosci potest,
qui vir ille fuerit.
Idē Arrianus &

hunc libellū, quod Enchiridion in-
scribitur, composuit, delectis ex Epi-
cteti disputationibus philosophię lo-
cis maxime idoneis ac necessariis, &
animos vehemētissime permoven-
tibus : ut ipse testatur in epistola ad
Malgalenū, cui Opus ipsum dedica-
vit, ut & amicissimo suo, & maximo
Epicteti admiratori. Quae ferme ea-
dē & iisdē vocabulis sparsim in Ar-
riani scriptis de Epicteti Exercitatio-
nibus inveniuntur. Finis autē libelli

Α

ἔχει

ἔχει τὸ βιβλίον, εἰ τύχοι τῷ παθολογίῳ
αὐτῷ, καὶ μὴ μόνον ἀκκόντων, ἀλλὰ καὶ
παρόντων ὑπὸ τῶν λόγων, καὶ εἰς
ἐργασίαν αὐτὰς ἀγόντων, ἐλευθε-
ραν ἀποτελέσῃ τὴν ἡμετέραν ψυ-
χὴν, οἷαν αὐτὴν καὶ ὁ ποιήσας καὶ γεν-
νήσας δημιουργός, καὶ πατὴρ προεβόλε-
το. ὥστε μήτε φοβέσθαι τι, μήτε
λυπέσθαι ὅτι πνι, μήτε ὑπὸ πνι τῷ
χερόντων δεσπόζουσιν. Ἐγχερίδιον δὲ
αὐτὸ ὀπλιγέρεται, δὲ τὸ πρὸς χει-
ρον αἰετὸ αὐτὸ δέει, καὶ ἐπιμονὴν εἶναι τοῖς
βιολογίοις οὗ ζῆν. καὶ ὅτ' ἐρατω-
πικὸν ἐγχερίδιον ἐξίφθ' ἐστὶ, πρὸς χει-
ρον αἰετὸς χειρῶν οὐ φέρον εἶναι.
Πολλὸν δὲ τὸ δραστέον ἐκινήσας ἐχ-
σιν οἱ λόγοι· ὡς τὰς μὴ πάντων νενερω-
μίας, νύττω δὲ ἐξ αὐτῶν, καὶ συναι-
σθάνουσιν τῶν οἰκείων παθῶν, καὶ πρὸς
διόρθωσιν αὐτῶν ἐπείρεσθαι· τὰς
μὴ μάλλον, τὰς δὲ ἡττον· καὶ εἴπερ ὑπὸ
τάτων μὴ πάσῃ τῶν λόγων, ὑπὸ μό-
νων αὐτῶν ἐν αὐτῷ δικαστέον ὑπο-
βιβαίη. Παιδείᾳ δὲ τῷ ἄνθρωπον ὡς
καὶ ψυχῇ λογικῇ ἐσωμήν, τῷ
σώματι χειρῶν ὡς ὀφείλω. καὶ δὲ
τὸ καὶ χαμῖν καὶ παιδοποιεῖν ἐνδιδω-
σι, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐν τῷ βίῳ αἰρετῶν
ἀπολαύειν. πανταχῇ δὲ βέλεται, καὶ λο-
γικῇ δυνάμει ἀδελφὸν φυλάττειν
αὐτῷ τῷ σώματι καὶ τῶν ἄλλων πα-
θῶν, καὶ πρὸς τὸ οἰκεῖον ἀγαθόν, καὶ τὴν
ἐκείνην κλίσιν ἀναφέρεσθαι. καὶ ὅτ' ἐκ-
τός τοις δοκῶντων ἀγαθῶν ὅσα μὴ
δυνάμει συμφωνεῖν πρὸς τὸ ἀληθι-
νὸν ἀγαθόν, κατεπείσθη συγχωρεῖ
μεμετρημένως· τὰ δὲ ἀναρμοσύντα

est (modo sint qui obtéperent, qui-
que his cognoscendis non contéti,
præceptis ipsi afficiantur: ea; cum
infixerint animis, vita quoq; & mo-
ribus exprimant) animum nostrum in
eam asserere libertatē, in qua à pa-
rète & auctore Deo productus fuit:
ut neq; formidet quicquam, neque
ulla re doleat, neq; ulli deteriori na-
turæ serviat. Enchiridion porro in-
scribitur, quod ut pugio militibus,
ita hic libellus iis, qui recte vivere
student, paratus atq; in promptu per-
petuo esse debeat. Genus orationis
est nervosum & acre, ut qui omnino
mortui non sunt, eo veluti stimulo
quodā pungantur, & suas affectio-
nes tum intelligant, tum ad eas corrigē-
das excitentur, alii plus, alii minus.
Qui vero his disputationibus non af-
ficitur: is non nisi apud inferiorum tri-
bunalia corrigitur. Omnis autē do-
ctrina hæc, Naturæ humanæ funda-
mento innititur, quæ posita sit in ra-
tione & mente, quæq; corpore ita ut
artifex instrumento quopiam utatur.
Qua de causa coniugiū & procrea-
tionē liberum, cæterarumq; rerum
expetendarum fructum homini conce-
dit. Sic tamē, ut mentis vim & à cor-
pore & à brutis affectibus ubiq; in-
victa præstare, eorumq; usum ad bo-
num referre iubeat. Externarum igitur
rerum, quæ in bonis habentur,
queque cum vero bono consentire
possunt, fructum, ut dixi, concedit,
sed moderatum. Quæ vero ab illo dif-

πρὸς

πρὸς ἐκείνο, παρεσθίει παντελῶς ἀ-
ποτέρεσθαι. Καὶ τὸ δ' αὖτις τῷ λόγῳ
τέτων θαυμάσειεν, ὅπ τις πρὸς βο-
μήνας ἢ ἐργαζομήνας τὰ λεγόμενα,
μακαρίους ἀποτελεῖσι ἢ δίδαιμονας,
ὕδεν δεινέοντας τὰς μὲν θάνατον τῷ
δρετῆς ἀμοιβὰς ἐπαγγέλλεσθαι, καὶ
πάντως ἀκολουθῶσι ἢ αὐτῷ. τὸ γὰρ ὡς
ὀρεάοις χρωόμενον τῷ σώματι ἢ τοῖς
αἰσίοις πάθεισι, πάντη πάντως χω-
ριστῶ ἐχρήσθαι εἰς αὐτῶν, ἢ ἐπὶ
ἀρμενίσαν μὲν τῷ ἐκείνων. Φθο-
ρῶν, ἢ δὴλον ὅπ ἢ τῷ τελείῳτα
συστοιχῶν τῇ εἰσῆ. Ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ
ἐκείνῃ τῷ ψυχῇ, συναπο-
λυμένῃ τῷ σώματι, ὅπ τὰς ζῶν
τὰς ἐκείνας, τῷ αὐτῷ τελείῳτα
ἀπολαμβάνων, τὸ οἰκεῖον καρπύ-
μενον ἀγαθόν, δίδαιμον ὄντως ἐπὶ
ἢ μακάριον. ἢ γὰρ ἢ τὸ σῶμα τὸ ἀν-
θρώπινον, καίτοι ἐν τῷ ὑπάρχον, εἰ
τῷ φύσιν τῷ αὐτῷ τελείῳτα ἀπο-
λάβῃ, ἐπιχεῖ οἰκεῖον ἀγαθόν, ἢ ὕδε-
νός ἐπὶ δέεται πρὸς τῷ. Κομμαλῆσι
δέ εἰσιν οἱ λόγοι ἢ γνωμονικῇ τῷ τὸ
τῷ ἐκείνων καλεσμένων πρὸς τοῖς
Πυθαγορείοις εἶδον. πῶν ἢ τάξις
πῶς ἐπὶ πρὸς ἀπλήκτους ἐν πᾶσι σχεδὸν
αὐτοῖς ἢ ἀκολουθία, ὡς πρὸς ὄντες εἰ-
σόμεθα. καὶ τὰ κεφάλαια ἢ διωρισ-
μένα γέγραπται, εἰς μίαν πάντα τείνῃ
τέχνῃ, τῷ διορθωτικῇ τῷ ἀνθρώπινῃ
ζωῇ. ἢ πάντες οἱ λόγοι πρὸς ἓνα τεί-
νῃσι σκοπόν, τῷ λογικῇ ψυχῇ διεσῆ-
ραι πρὸς τῷ φυλακῇ οἰκεῖον ἀξιώ-
ματῷ, ἢ πρὸς τῷ φύσιν χρῆσιν τῷ
οἰκῶν ἐνεργειῶν. Καὶ εἰσι μὲν οἱ λόγοι

sentiunt, ea plane reiicienda esse
monet. Illud autem in his disputa-
tionibus mireris, quod eos qui ob-
temperant, & præcepta in vita ob-
servant, felices & beatos efficiunt,
nec tamen necesse habent remun-
erationem virtutis post obitum pol-
liceri, quamvis & hæc omnino se-
cutura sit. Quod enim corpore,
brutisque affectibus pro instru-
mentis utitur: id ea procul dubio
natura est, quæ ab illis separetur, &
post eorum permaneat interitum,
ea nimirum perfectione præditum,
quæ sit naturæ suæ consentanea. Et
ut animam una cum corpore in-
terire statuas: tamen qui præcepta
hæc observat, is perfectionem suam
consecutus, suoque perfruens bo-
no, vere felix est & beatus: sicut &
corpus humanum naturalem suam
perfectionem consecutum, suo bo-
no potitur, nec quicquam præterea
desiderat. Dictio concisa est, & sen-
tentiosa, qualis præceptionū, quas
ἐκείνας Pythagorei dicunt, esse cō-
suevit. Atque etiam certo quodam
ordine hæc consentiunt, & inter sese
ubique fere cohærent, ut longius
progressis apparebit. Quævis enim
capita distincta sint: ad unam tamen
artem omnia, vitæ humanæ correctricē
referuntur, & ad unum finem sermo-
nes tendunt, ut rationis particeps
animus ad suæ dignitatis conserva-
tionem & suarum actionū naturalē
usum excitetur. Et si autem oratio

σκαφείας

σφαῖρας· ἡ χεῖρον ἢ ἴσως, καὶ τὸ διυ-
 ναπὸν ἀπὸ πύωσιν αὐτὰς ὅπερ γὰρ χά-
 φων, συμπάθετος τε αἶμα πρὸς αὐ-
 τὰς γενήσεται, καὶ τὸ ἀληθείας αὐτῶν
 καὶ ἀνοητικώτερον, καὶ τὸ φιλομαθῶν
 οἱ πρὸς λόγους ἀσυνήθετοι, ἴσως ἐξ-
 σίπνα χειρὸς γὰρ ἐκ τῆς ἐρμηνείας
 αὐτῶν. Τὸ πρὸς ἢ πρὸς τὸν, ὅπερ εἶπον,
 ἀφ' ἑρμηνείας, πρὸς τὸ ὅποιον ἀνθρώ-
 πον ἔχει πεποίηται οἱ λόγοι, καὶ πρὸς
 ποίας ἀνθρωπίνης ζωῆς ἀρετῶν ἀνά-
 γεισιν τὸν περὶ ὁρμῶν. ἔπειτα πρὸς τὸ
 καθάρεσθαι διωκέντα ζῆλον· ἐκείνου
 γὰρ, ὅση διώκαμις, φέρειν δὲ τὸ σῶμα
 τὸ βλάπτει καὶ δὲ τὸ σῶμα πικρῶν πα-
 θῶν εἰς ἑαυτὸν συνάγειν· ἔπειτα ἐπὶ
 μακρὸν πρὸς τὸ θεωρητικόν· ἐκείνου
 γὰρ καὶ τὸ ἑαυτὸ λογικῶς ζῶν ὑπερ-
 τερέων, ὅλως εἶναι βλάπτει τὸ κρείττο-
 νων. ἀλλ' ἐκείνοις ἀρμόζουσι τοῖς καὶ
 πᾶσι λογικῶς καὶ ζῶν ἰσχυροῖς, ὡς
 ὁρμῶν ἢ χρωμαῖς τῶ σῶματι, καὶ
 μήτε μέρεσιν· τὸ ψυχῆς τὸ σῶμα νομι-
 ζουσι, μήτε αὐτῶν μέρεσιν εἶναι τὸ σῶ-
 ματι, μήτε μὴ τὸ σῶματι συμπα-
 ρέσκειν τὸ ἀνθρώπον, ὡς ἐκ δυῖν μερῶν
 συσκέμενον, τῆς ψυχῆς ἐξ τῶ σῶματος.
 ἔτι καὶ μὴ γὰρ ὁ ἀνθρώπος ὁ πολὺς ἐστίν, ὁ
 συμπεφυρμένος τῇ γενέσει ἐπ' αὐτὸ
 καὶ ἀπεπνημένον, μηδὲν μακρὸν λογι-
 κὸν ἢ ἀλογον ζῶον ὑπάρχον, ἐξ αὐτῶν
 μηδὲ κυρίως λεγόμενον ἀνθρώπον· ὁ
 ὅντως ἀνθρώπος εἶναι βεβλήμενος,
 καὶ τὸ ἀγέννητον ἑαυτὸ προθυμῶμενος
 ἀνακτήσασθαι, καὶ ὁ θεὸς πρὸς τὰ ἀ-
 λογαζώμενος ἀνθρώπους ἐχάρισατο,
 ἔτι πρὸς αὐτὰς τῶν ἑαυτὸ λογικῶς

clara est: nihil tamē fortasse nocue-
 rit, eam pro virili explicare. Nam &
 ipse scriptor ea magis afficietur, eius-
 que veritatem rectius perspiciet: &
 studiosis disputationibus huiusmodi
 minus assuetis, hæc interpretatio in-
 dicis loco erit, eosque veluti manu
 ducet. Illud vero quod dixi, in primis
 declarandū est, cū quo homine ser-
 mones isti habeātur, & ad cuius hu-
 manæ vitæ virtutē perducant eū qui
 obtemperarit. Neq; igitur ad eum
 pertinent, qui repurgare vitā suam
 studet; (is enim, quantum licet, à cor-
 pore corporisq; affectionibus refu-
 git, & veluti totus in seipso vertitur)
 multoq; minus ad eum, qui contē-
 plationi rerum est deditus; is enim
 vita rationi consentanea non con-
 tentus, quantus quantus est, Deorū
 esse collega studet. Sed illis conve-
 niunt, qui vitā rationi cōsentaneam
 cōsecrantes, corpore pro instrumēto
 utuntur: quique nec corpus animi,
 neq; animū corporis esse partē, neq;
 hominē duabus constare partibus,
 animo & corpore, censent. Talis
 enim est vulgaris homo, demersus
 in materiæ sordibus, ab eaq; oppres-
 sus, nihilo magis rationis particeps
 animal quam brutū, ac verbo potius
 homo quam re ipsa. Qui autem ve-
 rus homo esse studet, & nobilitatē
 suā recuperare cupit, quā Deus, ma-
 gna cum excellentia reliquorū ani-
 maliū, ipsi donavit: is in eo elaborat,
 ut in vivendi ratione suum animū,

ψυχῶν,

ψυχῇ, ὥςπερ ἔχει φύσεως, ἔτω
 ζῆν, ἀρχοῦσαν ὅσῳ μάλ' ὅ, καὶ ὑπερ-
 νέχουσαν αὐτὴν, καὶ ἔχ' ὥς μέρει σαρ-
 ταμῆναι, ἀλλ' ὥς ὁρᾶν ἡμετέραν καὶ
 τῶν περὶ ἡμᾶς αἰήτων καὶ πολι-
 τῶν ἀρετῶν, ἐφ' ἃς ἔτι οἱ λόγοι περ-
 τεύουσιν. Ἀλλ' ὅτι μὴ ἔτι ἐστὶν ὁ ἀλη-
 θινὸς ἀνθρώπος, ὁ καὶ τὸ λογικὴν ψυ-
 χῇ ἐστὼ μάλ' ὅ, περὶ ἡμετέρας μὴ ὁ
 ὅς Πλάτωνος Σωκράτους ἐδίδξεν, Ἀλ-
 κibiάδην, τῷ καλῷ, τῷ Κλήνῃ, δι-
 λεγόμενον ὅς ἐπὶ τὸν περὶ τὴν λα-
 βῶν, διδασκὼν τὰς περὶ τὴν αὐτῶν, δι-
 ποίας ζωῆς καὶ ποιῶν ἔργων τὸ ποιῶν
 ἀνθρώπον διωκτὴν ἐστὶν τελευτῶσα δὲ.
 ὥςπερ γὰρ τὸ σῶμα ταῖς καὶ φύσιν κινή-
 σεις ὁρᾷ, γυμνάζει δὲ αὐτῶν, ὅ
 ἐρῶμεν ἑσπερον ἀποδείκνυσι. ἔτω καὶ ἡ
 ψυχὴ δὲ καὶ φύσιν ἐνεργειῶν, εἰς τὴν
 καὶ φύσιν ἐξὶν τὴν αὐτῆς ἐστὶν καθίστη-
 σιν. Οὐδὲν γὰρ ἐμποδίζει τῇ σχολῇ τὸ λό-
 γων, ἀλλὰ καὶ ἀναγκαῖον ἴσως ἐστὶ, τῶν
 δὴ τὸ κατὰ φύσιν ἐστὶν ὅς ἐπικτήτης
 περὶ ληφθῆναι, ὅτι ὁ ἀληθῶς ἀνθρώπος
 ἡ λογικὴ ψυχὴ ἐστὶν, ἡ τῷ σώματι ὥς
 ὁρᾶν ἡμετέραν καὶ περὶ τὴν καὶ μέρει
 ἐξηγήσεως προδιαβρῶσαι τε, καὶ προ-
 ποδεῖξαι. καὶ γὰρ ὁ μὴ ἐπικτήτης ταῖς τῷ
 ποιῶν ἀνθρώπων περὶ τὰς καὶ οἰκείας
 ἐνεργείας ὑπὸ ὧν περὶ τὰς, γινώσκων
 περὶ αὐτὰς ἀκρίβως, καὶ ἐργάζεσθαι τὰς
 περὶ τὴν αὐτῶν αὐτῶν ἀναγκαῖον καὶ ἀνακι-
 νῆσαι, ἵνα δὲ αὐτῶν, ὥς εἶπον, καὶ τὴν ἐστὶν
 ἰδίαν τελευτῶμεθα. Ὅτι γὰρ ἔτι ἐστὶν
 ὁ κυρίως ἀνθρώπος, ὅς ἀποδείκνυσιν,
 ἀλλ' ὅπερ εἶπον, εἰς ὑποθέσιν λαμβάνει.

prout eius natura capax rationis
 fert, ita sequatur, ut corpori mens
 imperet; & super id sese efferat, eoq;
 non ut cohærente parte, sed pro in-
 strumento utatur. Huic enim & do-
 ctrina morum, & gubernandæ tam
 Reipublicæ quam familiæ ratio po-
 tissimū traditur: ad quas res hæ dis-
 putationes pertinent. Verum autē
 hominē eum esse, cuius natura in
 animo rationis capaci consistat, in
 primis ostendit Platonis Socrates, cū
 Alcibiade suo disputans: qui hoc ar-
 gumentū tractaturus docet, quæ vitæ
 ratione, quibus actionibus, ij qui si-
 bi paruerint, talem hominē perfic-
 ere queant. Ut enim corpus natu-
 ralibus motionibus intendendis
 exercetur & corroboratur: ita etiā
 animus, per naturales actiones na-
 turam suam ad habitū naturæ con-
 gruentē perducit. Sed nihil fortassis
 horum sermonum explicationi ob-
 stat, ac potius necessariū est, id, quod
 Epictetus pro cōcesso sumit, homi-
 nem vere esse animū rationis capa-
 cem, qui corpore ut instrumento
 quo iam utatur, antequam singulas
 partes explicemus, in primis decla-
 rare ac demonstrare. Epictetus enim
 tali homini convenientibus & pro-
 priis actionibus ob oculos positis,
 hortatur & exstimulat sectatores
 suos ad eas cognoscendas & exseque-
 das, ut, quod diximus, naturā nostrā
 perficiamus. Cæterū eum esse verū

hominem, non demonstrat: sed pro concessō, ut dictum est, sumit.

Οἱ πόινυν σωκράτης, λαβὼν ἐκ τῆς ἐνερ-
γείας, ὅτι ὁ ἄνθρωπος, ὡς περ τῇ σμίλῃ,
ἔτω καὶ τῇ χεῖρὶ (χεῖρ) πρὸς τὴν ἐρασίαν,
καὶ πρὸς λαβὼν ὅτι τὸ χρώμῳ ἀλλό-
ῃ ἐστὶ, καὶ τὸ, ὡς χεῖρ, ἀλλο, ὡς ὄργανον,
συνήλθεν ὅτι ἄνθρωπος ἐστὶ, τὸ, τῷ σώ-
ματι χρώμῳ, ὡς ὄργανῳ. (χεῖρ) ὅτι τὸ
σῶμα, ὡς ὄργανῳ, ἐντε ἢ περὶ καὶ
ἢ ἄλλαις ἐρασίαις, ἐκ αὐτοῦ πᾶσι ἡ λογί-
κη ψυχῇ, ὡς ὄργανῳ χρώμῳ τῷ σώ-
ματι. Εἴτα πάλιν λαβὼν ἐκ τῆς εἰρη-
μύου, ὅτι τὸ χρώμῳ τῷ σῶματι, καὶ
ἀρχὴ πανταχῇ ἐκείνης ὡς χεῖρ, ἐκ
διαίρεσως ἐρωτᾷ τὸ λόγον, λαβὼν ὅτι ἄ-
νάκη τὸ ἄνθρωπον, ἢ τὴν ψυχὴν εἶναι ἢ τὸ
σῶμα, ἢ τὸ σωματώτερον. εἰς ὃν ὁ μὲν
ἄνθρωπος ἀρχὴ τῷ σῶματι, τὸ ὅτι σῶ-
μα εἰσαυτῇ ὅτι ἀρχὴ, διήλον ὅτι ἐκείνη
ὁ ἄνθρωπος τὸ σῶμα, ἀλλ' ἐδὲ τὸ συν-
σωματώτερον, διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. εἰς δὲ
ἄνθρωπος ὁ ἀρχὴ τῷ σῶματι ἐστὶ, μὴ
ἀρχὴ τῷ σῶματι ἐδὲ τὸ σωματώ-
τερον αὐτῇ τῇ ἀρχῇ. Ὅλως ὅτι τὸ μὲν
σῶμα κατὰ αὐτὸ ἀκίνητον καὶ νεκρὸν
ἐστὶν, ἢ τὴν ψυχῇ, τὸ κινεῖν ἐστὶν, (ὄρωμεν
ὅτι καὶ ἐπὶ τῇ περὶ, ὅτι κινεῖ μὲν ὁ
περὶ, κινεῖται ὅτι τὰ ὅργανα τῇ
περὶ) διήλον, ὅτι ὄργανα τὰ ἐν ἐκείνῃ
τὸ σῶμα πρὸς τὴν ψυχῇ. αὕτη ἐν
ἐστὶν ὁ ἄνθρωπος. καὶ ὁ βαλόμενος
ἄνθρωπος ἐπὶ μελεῖται, τὴν ψυχῇ
ἐπὶ μελεῖται τὴν λογικῇ, καὶ ἐπὶ
τὰ οἰκεῖα αὐτῇ ἀγαθὰ διὰ τῇ ἐστὶ.
ὅτι τὸ σῶμα ἐπὶ μελεῖται, ὅτι
ἄνθρωπος ἐδὲ τὸ ὄντων ἡμῶν ἐπὶ με-
λεῖται, ἀλλὰ τὸ ὄργανον. ὅτι ἐπὶ
minem', nec ea quae sunt hor

